

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31260
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

Spiritu nobis dne tue caritatis infunde ut
quos sacramentis pascalibus saciasti tua facias
pietate concorde. Per eiusdem De ascensione

Viri galylei quid admiramini aspici
entes in celum alla. quemadmodum
vidistis eum ascendentem in celum ita
veniet alla alla alla ℣ Cumque in
tuerentur in celum euntem illum ecce duo viri astiterunt
iuxta illos in vestibus albis. Gloria patri. Gloria excelsis

Concede quesumus omnipotens deus ut qui hodierna
die unigenitum tuum redemptorem nostrum ad ce
los ascendisse credimus. ipsi quoque mente in ce
lestibus habitemus Per eundem. Capitulum apostolorum

Primum quidem sermonem feci de omnibus o
theophile que cepit ihesus facere et docere
usque in diem qua precipiens apostolis per spiritum sanctum quos
elegit assumptus est Quibus et prebuit se ipsum
vivum post passionem suam in multis argumentis
per dies quadraginta apparens eis et loquens
de regno ~~deo~~ dei Et convescens precepit eis ab